SAMSON
IN DOMO DALILÆ
ROBORE OCULISQUE PRIVATUS;
IN
DELUBRO DAGONIS
Bacchantium illic Philiſtæorum ludibrium;
Ac tandem
Inter ejusdem delubri ruinas, ſepultis ſub iisdem unà cum menſis ac cyathis veri Numinis hoſtibus, extrema eorum gaudii luctu terminans, ſui Diviníque honoris vel morte ſuâ vindex,
PRO
TRIDUANIS ANTECINERALIUM DIERUM PRECIBUS
In Ara Principe Eccleſiæ Domûs Profeſſæ S. J.
Propoſitus
Perpetuis iisque munificis ſumptibus
Excellentiſſimæ & Antiquiſſimæ
DOMINORUM SODALITATIS
UTRIUSQUE STATUS OPTIMATUM,
Sub Glorioſiſſimo Patrocinio
B. V. MARIÆ
IN CŒLOS ASSUMPTÆ.
Viennæ, *die* 28. 29. *Feb.* & 1. *Mart.* *Anni* 1740.

VIENNÆ, Typis Gregorii Kurzböck, Univerſitatis Typographi.

A-377668

SCENA I. DIEI I. SATURNALIUM.

Samſon in domo Dalilæ robore, oculíſque privatus.

TAlem nobis ſiſtit caput 16. Libri Judicum, irretitum nimirùm amore mulieris Philiſtææ, nomine Dalilæ, hujúſque inſidiis, ter feliciter eluſis, tandem tamen in manus hoſtium ſuorum traditum. Expugnatô enim continuatis plures in dies lenociniis animô Samſon victas tandem cœco amori manus dedit, & *Aperiens veritatem rei, dixit ad eam: Ferrum nunquam aſcendit ſuper caput meum, quia Nazaræus, id eſt, conſecratus Deo ſum de utero matris meæ: ſi raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eróque, ſicut cæteri homines. Vidénsque illa, quòd confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad Principes Philiſtinorum ac mandavit: Aſcendite adhuc ſemel, quia nunc mihi aperuit cor ſuum. Qui aſcenderunt, aſſumptâ pecuniâ, quam promiſerant. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinatum caput. Vocavítque tonſorem, & raſit ſeptem crines ejus, & cœpit abigere eum, & à ſe repellere: ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit: dixítque: Philiſtiim ſuper te, Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo: egrediar, ſicut antè feci, & me excutiam, neſciens, quòd receſſiſſet ab eo Dominus. Quem cùm apprehendiſſent Philiſtiim, ſtatim eruerunt oculos ejus, & duxerunt Gazam vinctum catenis.*

Quis ſine gemitu hominem tot Dei donis illuſtrem, vilis mulierculæ captivum, hujúsque è brachiis, dolosisque amplexibus hoſtium ſuorum in manus vinculáque delapſum contempletur? *Samſon*, ingemuit jamdudum tanto tanti viri caſui vel Divus Ambroſius ipſe Apolog. 2. David. c. 3. *Samſon validus & fortis leonem ſuffocavit; ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit. Vincula ſolvit hoſtium; ſed ſuarum non ſolvit nexus cupiditatum. Meſſes incendit alienas; & unius ipſe mulieris incenſus igniculô, meſſem ſuæ virtutis amiſit.* Tum demum, cùm Poteſtati Philiſtinorum Procerum ſe traditum, funibus, catenisque, necquicquam veteres pugnas ſpirantem, arctiſſimè conſtrictum, nec ulla jam ſui parte repugnare validum crudelibus cultris

exo-

OS-2023-2918

exoculatum, captivum in triumpho Gazam urbem perducendum ſenſit, experiri ſeriò infelix cœpit, quàm intolerabile inſanæ cupiditatis eſſet jugum, quàm ſæva tyrannis! quàm gravia cœci amoris vincula, quàm amara, quàm dura ſervitus, ubi dominatum ſemel in corde obtinuit! Fuiſſet ille tanto animi robore in rumpendis fœdi amoris nexibus, quantô fuerat corporis in diſrumpendis funibus, quibus primitùs ligatus fuerat, multis profectò ille partibus, & ſuæ conſuluiſſet rei meliùs, & publicæ, conſtitutus Populi Dei Prætor, factus huic auctoritate ſuâ grandi oſtendiculo, cui eſſe debuerat ad continentiam documento. Agnoſcens ob id vel coecus, in his, quæ incurrit, malis Numinis vindictam, admiſſorúmque pœnitens, cùm oculis jam non poſſet, animô lacrymabatur: felicior, dum vel ſic è domo illa egrederetur, quàm non niſi periturus intraverat. Utinam ad Scenam hanc ſibimet ipſis illacrymarentur, qui in medio voluptatum, velut in ſinu Dalilæ, malô ſuô tranquillè dormiunt, & vel apertis oculis ad interitum ſuum ſpontè cæcutiunt, ad quem ridentes, lætique properant!

SCENA II. DIEI II. SATURNALIUM.

Samſon in delubro Dagonis Bacchantium illic Philiſtæorum ludibrium.

EGerat aliquammultum jam temporis in ferro vinculisque ſolis ac lucis expers infelix Samſon, cùm incidit ipſo temporis procurſu ſolemnior ſacrorum dies, à Gazaeis victimarum ludorúmque anniverſario ritu in Dagonis, Philiſtæorum idoli, honorem, ejusdem in Fano magnificentiùs exigendus. *Principes igitur Philiſtinorum convenerunt in unum, ut immolarent hoſtias magnificas Dagon Deo ſuo, & epularentur, dicentes: Tradidit Deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras. Quod etiam populus videns, laudabat Deum ſuum, eadémque dicebat: Tradidit Deus noſter adverſarium noſtrum in manus noſtras, qui delevit terram noſtram, & occidit plurimos. Lætantésque per convivia, ſumptis jam epulis, præceperunt, ut vocaretur Samſon, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos. Jud.* 16. *v.* 23. *&c.*

En in Feſto Dagonis typum impiorum Feſtorum Bacchi vel Chriſtianis, eheu! nimis quàm ſolemnium! inque temulenta Principum Philiſtæorum ſua inter convivia de Samſonis calamitate lætitia expreſſos ad vivum mundanorum eorum mores, quorum in menſis ſaturitas regnat ac vinolentia! Quid enim inter lances ac cyathos in mundo frequentius, quàm ut ii, quorum lingua à vino ſoluta ac eloquens facta eſt, *lætentur, cùm malè fecerint, & exultent in rebus peſſimis. Prov.* 2. *v.* 14. quid uſitatius, quàm ut virtutem in jocum trahant, juſtos ludibrio habeant, atque de aliorum calamitatibus, quarum vel ipſimet Authores fuerint, ſummâ lætitiâ efferantur. *Lætamini autem in Domino, & exultate juſti, & gloriamini omnes recti corde. Pſal.* 31. *v.* 11. Erit enim, cùm pro vobis *exurget Deus, & diſſipabuntur omnes inimici ejus, Pſal.* 67. & ſilebunt omnes inimici virtutis atque Juſtitiæ,

cùm

cùm, *qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos, & loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Pſal. 2.* Sicut conturbatos mox videbimus à Domino Samſonis Judicis populi Dei hoſtes, vel per manus illas, quas ipſi vinxerunt, atque illius, quem modò, ut ab ipſismet lumine utroque orbatum, inter menſas ſuas ac pocula ludibrio habent.

SCENA III. DIEI III. ANTECINERALIUM.

Samſon inter Delubri Dagonis ruinas ſui Diviniſque honoris vel morte ſuâ vindex.

Cum Samſon invictiſſimâ patientâ omne ludibriorum genus, quô à Setu populóque Gazenſium afficiebatur, vel ad ipſorum etiam hoſtium ſtuporem devoraret, ac veluti pœnam erroribus ſuis ab alto meritò irrogatam lubenti humilíque corde ſuſciperet; injecit ei mentem Deus, quô tandem modô, & ſe malis ſuis expediret, & gentem populo Dei ſemper infeſtam debitis cladibus implicaret. Incitatus igitur non tam ſui, quàm honoris Divini, ſuæque gentis in libertatem vindicandæ cupidine, ſentiénsque priſtinam fortitudinem cum renatis ſibi capillis pariter renatam: *Dixit puero regenti greſſus ſuos: Dimitte me, ut tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & recliner ſuper eas, & paululùm requieſcam. Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes Principes Philiſtinorum, ac de tecto ac ſolaria circiter tria millia utriusque ſexûs ſpectantes ludentem Samſon. At ille invocatô Dominô ait: Domine Deus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem priſtinam, Deus meus, ut ulciſcar me de hoſtibus meis, & pro amiſſione duorum luminum unam ultionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alterámque earum dexterâ, & alteram lævâ tenens, ait: moriatur anima mea cum Philiſtiim. Concuſsiſque fortiter columnis, cecidit domus ſuper omnes Principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat: multóque plures interfecit moriens, quàm ante vivus occiderat. Jud. 16.*

Ità nimirum & hìc *riſus dolore miſtus eſt, & extrema gaudii occupavit luctus*, quod ſubinde enunciavit Sapiens Prov. 14. v. 13. Sepultis una cum menſis ſuis ac cyathis ſub ejusdem Delubri ruinis Veri Numinis hoſtibus, in quo modò pleni lætitiâ convivabantur, eúmque ſibi faciebant ludos, à quo mox erant neci tradendi. Cecidit quidem & ipſe cum illis, ſed non aliter, niſi, ut de eo ſcripſit Salianus: *ſuismet moriens oppreſſus trophæis, hoſtem ac ſervitutem populi ſui eâdem ſecum ſepulcrô concludens.* Hinc & magnificè de eo Ambroſius Epiſt. 70. *Etſi incomparabilis in vita fuerit Samſon, tamen in morte ſe ipſum vicit, & inſuperabilem geſſit animum, ut contemneret, & quaſi pro nihilo haberet vitæ finem omnibus formidoloſum. Virtutis igitur fuit, quòd victoriarum numerô diem clauſit, nec captivum exitum, ſed triumphalem invenit. Denique non telis, ſed cadaveribus hoſtium preſſus humatus eſt, propriô tectus triumphô.* O utinam hujus è cineribus novus aliquis Chriſtianos inter reſurgat Samſon, qui, quidquid heu malè recepta Saturnalium feſta impiæ libertatis habent, conſimili zeli ſui triumphô ſepeliat!

Samſon
In dem Haus Dalilæ
Seiner Stärcke und Augenliechts beraubet:
In dem
Götzen-Tempel des Dagons
Ein Geſpött deren aldort ſchlemmenden Philiſtæern;
Unter dem Steinhauffen dieſes Tempels/
An denen
Samt ihren Tiſchen und Trinck-Geſchirren darunter begrabenen Feinden
Des wahren GOttes
Durch ſeinen Todt ſelbſten
Ein glorreicher Rächer
Sowol ſeiner/ als der Ehre GOttes/
Vorgeſtellet
Bey dem durch die drey Faſchings-Täg gewöhnlichen Gebett/
auf dem Hoch-Altar der Kirche des Profeſs-Haus der Geſellſchaft Jeſu/
Aus immerwährenden und freygebigſten Unkoſten
Einer Hoch-Adelichen
Beeder. Ständen Herren-Bruderſchaft/
Unter dem glorreichen Schutz und Titul
MARIÆ-Himmelfahrt.
Wienn den 28. 29. Februarij und 1. Martij/ im Jahr 1640.

Gedruckt bey Gregori Kurtzböck/ Univerſitäts Buchdruckern in der Bogner-Gaſſen im Hof-Glaſeriſchen Haus.

Erſte Vorſtellung am erſten Faſchings-Tag.

Samſon in dem Haus Dalilæ ſeiner Stärcke und Augenliechts beraubet.

NEs einen ſolchen ſtellet uns ſelben vor das 16. *Cap.* des Buchs deren Richtern / verſtricket nehmlich mit denen Banden der Liebe eines Philiſtæiſchen Weibs / mit Nahmen Dalila, und durch deſſen dreymal glückſeelig überwundenen Schmeichel-Liſt / endlich doch in die Händ ſeiner Feinden geliefert. Dann nachdeme ihme ſelbe mit ihrem durch mehr Täg fortgeſetzten Schmeichel-Worten ſein Hertz abgewonnen / hat ſich endlich Samſon der blinden Lieb überwunden gegeben / und eröfnete die Wahrheit von der Sach / und ſprach zu ihr: Es iſt niemal Eyſen auf mein Haupt gekommen / dann ich bin ein Nazaræer, das iſt / GOtt geheiliger / von meiner Mutter Leib an: wann mein Haupt beſchoren wird / ſo wird meine Stärck von mir weichen / und ich werde kraftlos / und anderen Menſchen gleich ſeyn. Als ſie nun ſahe / daß er ihr ſein gantzes Hertz geoffenbaret hatte / ſandte ſie zu den Fürſten der Philiſtæer, und entbott ihnen: Kommet noch einmal herauf / dann er hat mir jetzt ſein Hertz eröfnet. Und ſie kammen herauf / und nahmen das Geld mit ſich / das ſie verheiſſen hatten. Und ſie machte / daß er einſchlief auf ihren Knyen / und ſein Haupt in ihr Schos neigte. Und ſie rief einen Scherer / der ihme ſeine ſiben Harlocken abſchor / und ſie fieng an ihn weg zu treiben / und von ſich zu ſtoſſen: dann es war zur Stund die Stärck von ihm gewichen: und ſie ſprach: Die Philiſtæer über dich / Samſon. Da er nun vom Schlaf aufſtund / ſprach er in ſeinem Hertzen: Ich will ausgehen / wie ich zuvor gethan hab / und will mich ausreiſſen / und wuſte nicht / daß der HErr von ihm gewichen war. Und die Philiſtæer grieffen ihn an / und ſtachen ihme alſobald ſeine Augen aus / und führten ihn mit Ketten gebunden gen Gatza.

Wer mag wol dieſen Helden / den GOtt mit ſo vielen Gaben ſcheinbar gemacht / als einen Gefangenen eines ſo ſchlechten Weibs-Bilds / und aus deſſen ſchmeichlenden Armen / in die Händ und Band ſeiner Feinden Verfallen / ohne Seufftzen anſehen? Samſon, beſeufftzete ſchon vorlängſt dieſen ſo groſſen Fall eines ſo groſſen Manns S. Auguſtinus, Samſon erſteckte durch ſeine mächtige Stärck einen Löwen; aber kunte in ſich ſelbſten die Lieb nicht erſtecken. Er zerriſſe die Band ſeiner Feinden; vermögte aber nicht zu zerreiſſen die Band ſeiner Begierden. Er ſetzte fremde Aecker und Ernde in Flammen; und von einem unreinen Füncklein der Lieb eines Weibs entzündet / verlore er ſelbſten die reiche Ernde ſeiner Stärcke und Tugend. Dazumal endlich / da er ſich ſchon der Macht der Philiſtæern übergeben / mit Stricken und Ketten auf das härtiſte geſeſelt / durch grauſamme Meſſer ſeiner Augen beraubet / auſſer allem Stand ſich zu wehren / gefänglich / gleich als in einem Triumph / nach der Stadt Gatza geführet zu werden / vermercket / dazumal fienge er endlich ernſtlich an / ſein Unglück zu erkennen / und zu erfahren / wie unerträglich das Joch einer unbeſonnenen Begierd / wie grauſam die Wut deroſelben? wie ſchwer die Band / wie hart und bitter die Dienſtbarkeit einer blinden Liebe / da ſelbe einmal die Ober-Herrſchung in dem Hertzen erhalten! Hätte er mit eben ſo groſſer Stärcke ſeines Gemüts die Band der ſchändlichen Liebe zerriſſen / mit was Stärcke ſeines Leibs er die Band ſeiner Feinden zerriſſen hatte / wormit er Anfangs gebunden war / ſo hätte er weit beſſer für ſich / und das gemeine Weſen geſorget / als ein vorgeſetzter Richter des Volcks GOttes / deme er durch ſeine Würde und Anſehen zu groſſer Aergernuß worden / da er ſelbem zu einem reinen und eingezogenen Wandel ein Beyſpiel

hät-

hätte ſeyn ſollen. Da er nun eben hieraus in denen Ubeln / in die er verfallen / auch blind die Nach GOttes erkennte / bereute er / was er begangen / und weinte mit dem Hertzen, da er mit den Augen nicht mehr kunte : Glückſeeliger ! da er auch alſo aus jenem Haus geführet wurde / in welches er nicht / als nur zu ſeinem Untergang hinein gegangen. Wolte GOtt ! daß bey dieſem Anblick des Samſons alle jene über ſich ſelbſten weineten / die da in Mitten deren Wollüſten / gleich als in der Schos Dalilæ, zu ihrem Unheil gantz ruhig ſchlaffen / und mit offenen Augen zu ihrem Untergang freywillig blind ſeynd / deme ſie mit gantz freudig, und lachendem Angeſicht zulauffen.

Zweyte Vorſtellung am zweyten Faſchings-Tag.

Samſon in dem Götzen-Tempel des Dagons ein Geſpött der aldort ſchlemmenden Philiſtæern.

SAmſon war ſchon ein geraume Zeit / des Tags und Sonnenliechts beraubet / in Eyſen und Banden / da fiele eben ein feyerlicher Tag ein / welchen die Innwohner der Stadt Gatza mit jährlichen Schlacht-Opfern und Spielen in dem Tempel des Dagon, ihres Abgotts / zu deſſen Ehr auf das herrlichſte zu begehen pflegten. Da kamen dann die Fürſten der Philiſtæer zuſammen / ihrem Gott Dagon ein herrlich Opfer zu thun / und eine fröhliche Mahlzeit zu halten ; dann ſie ſprachen : Unſer Gott hat uns unſern Feind den Samſon in unſere Händ übergeben. Da ſolches das gemeine Volck ſahe / lobeten ſie ihren Gott / und ſagten gleichfalls : Unſer Gott hat unſern Widerſacher in unſere Händ übergeben / der unſer Land verwüſtet hat / und viel erſchlagen. Da ſie nun auf den Gaſtmahlen fröhlich waren / und geeſſen hatten / befahlen ſie / daß Samſon beruffen wurd / daß er Kurtzweil vor ihnen machte. *Jud.* 16. *Vers.* 23.

Da haben wir in dem Feſt-Tag des Dagons das Vorbild des gotloſen Bacchi-Feſts / welches ſo gar auch unter die Chriſten ſich eingeſchliechen ! und in der trunckenen Freud und Frohlockung deren Philiſtæer-Fürſten über das Unglück des Samſons, den lebhaften Entwurf deren Sitten jener Welt-Kinder / bey deren Tafeln nur der Uberfluß / die Füllerey / und Trunckenheit herrſchet. Dann was iſt bey der Welt unter vollen Schiſſeln und Pocalen wol mehr zu hören / als das jene / deren Zung durch den Wein gelöſet / und beredt iſt worden / ihre Freud zeigen über das / was ſie Böſes gethan / und Frohlocken über die allerböſeſte Ding. *Prov.* 2. *Vers.* 14. ? Was iſt bey ſolchen gemeiners / als daß ſie die Tugend verlachen / deren Gerechten nur ſpotten / und über anderer Unheil und Unglücks-Stand / deſſen Urheber ſie vielleicht ſelbſten / nur ihre Freud und Kurtzweil haben ? Aber Freut euch im HErrn / und frohlocket ihr Gerechte : und ſeyet fröhlich ihr alle / die ihr aufrichtig vom Hertzen. *Pſalm.* 31. *Vers.* 11 dann es wird die Zeit anbrechen / da für euch GOtt wird aufſtehen / und alle ſeine Feind werden zerſtreuet werden / *Pſalm.* 67. und ſchweigen müſſen alle Feind der Tugend und Gerechtigkeit / da jener / der in dem Himmel wohnet / ſie verlachen / und der HErr ihrer ſpotten wird / und zu ihnen wird reden in ſeinem Zorn / und ſie ſchröcken in ſeinem Grimm. *Pſalm.* 2. Gleichwie wir alſogleich von dem HErrn werden geſchröcket ſehen die Feind des Samſons, des Richters des Volcks GOttes ; und zwar geſchröcket / ja zerknirſchet durch jene Händ / die ſie ſelbſten gebunden / und durch die Händ des jenigen / deſſen ſie nun als eines Blinden bey ihren Mahlzeiten nur ſpotten.

Dritte Vorſtellung am dritten Faſchings-Tag.

Samſon unter dem Steinhauffen des Tempels Dagons ein glorreicher Rächer ſowol ſeiner/ als der Ehre GOttes.

INdeme Samſon allerhand Geſpött und Schmach-Wort von dem Volck ſowol als Fürſten zu Gatza / zur Bewunderung dieſer ſeiner Feinden ſelbſten mit unüberwindlichſter Gedult verſchlicket / und alles von der Hand des Allerhöchſten / als eine gantz wol-verdiente Straf ſeiner Verbrechen mit gantz willig- und demütigem Hertzen annahme ; gabe ihme GOtt ein / auf was Weis er ſowol ſich von all ſeinen Ubeln gantz geſchwind erledigen / als auch das dem Volck GOttes immer auffäßige Geſchlecht durch eine auſſerordentliche Niderlag zu Grund richten kunte. Alſo dann angetrieben von der Begierd/ nicht ſo viel ſeine/ als die Ehre GOttes zu rächen / und ſein Volck in vorige Freyheit wieder einzuſetzen / und vermerckend / daß ihme mit denen Haarn auch die vorige Stärcke wiederum zugewachſen : Sprache er zu dem Knaben/ der ihn leitete : Laß mich gehen / daß ich die Saulen berühre/ darauf das gantze Haus ſtehet/ auf daß ich mich daran lehne/ und ein wenig ruhe. Aber das Haus war voll Männer und Weiber. Es waren auch alle Fürſten der Philiſtæer alda/ und auf dem Tag und Soller waren bey die drey tauſend Weib- und Manns-Perſonen/ die den Samſon Kurtzweilen ſahen Er aber rief den HErrn an/ und ſprach : HErr GOtt! gegedencke an mich/ und gib mir jetzt die vorige Stärcke wiederum / mein GOtt! auf daß ich mich rächen möge an meinen Feinden/ und dafür / daß ich beyde Augen verloren / noch eine Rach nehme. Und er faſſete beyde Saulen / auf welchen das Haus ſtunde/ hielte eine von denenſelben mit der rechten/ und die andere mit der lincken Hand/ und ſprach : Meine Seel ſterbe mit den Philiſtæern ! Und er ſchlug die Saulen mit groſſer Macht zuſammen / und das Haus fiel auf alle die Fürſten / und auf das andere Volck/ das da war. Und er brachte ihrer viel mehr um / da er ſtarb / als er zuvor umgebracht hatte im Leben. *Jud.* 16.

Alſo wurde nehmlich auch alda das Lachen mit Schmertzen vermiſchet / und das äuſſerſte von der Freud mit Traurigkeit befangen / wie nachdeme der Weiſe ausgeſprochen: *Prov.* 14. *V.* 13. da die Feind des wahren GOttes ſamt ihren Tiſchen und Wein-Geſchirren unter dem Steinhauffen eben jenes Tempels begraben wurden/in welchem ſie gleich jetzt voll der Freuden zur Mahlzeit ſaſſen/ und mit jenem ihr Geſpött und Kurtzweil hatten / von dem ſie im kurtzen ſolten umgebracht werden. Er fiele zwar ſelbſten mit ihnen / und fande ſein Grab alda / aber nicht anderſt / als / wie Salianus von ihme ſchreibet : Durch ſeine eigene Siegs-Zeichen darnider gedrucket/ und den Feind ſamt der Dienſtbarkeit ſeines Volcks in ein Grab mit ſich verſchlieſſend. Dahero auch H. Ambroſius ſelbem einen herzlichen Lobſpruch mit folgendem beyleget: Obſchon Samſon unvergleichlich ware in ſeinem Leben/ ſo hat er doch in dem Todt ſich ſelbſt überwunden/ und ein unüberwindliches Hertz gezeiget/ da er das ſonſt jedermann erſchröckliche End des Lebens nur verachtet/ und gleichſam für nichts gehalten. So ware es dann ſeiner Tugendkraft beyzumeſſen / daß er ſein Leben nur mit zahlreichen Siegen beſchloſſen / und aus ſelbem nicht als ein Gefangener/ ſondern als Sieg-prangend ausgezohen: indeme er nicht von denen Waffen/ ſondern von denen Leichen ſeiner Feinden erleget und begraben worden / und verdienet hat von ſeinem eigenen Triumph bedecket zu werden. O daß aus deſſen Aſchen auch unter uns Chriſten ein neuer Samſon erſtehe/ der da/ was immer die übel eingeſchlichene Bacchus - Feſt von gotloſer Freyheit haben / mit gleichem Sieg ſeines Eyfers begrabe.